



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus, Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus, apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus
Venetiis, 1706**

Edicti prorogationis concursus Formula XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

lat Episcopus , vel ipsi tanquam tales se
subfcripsissent examini : Unde qui impu-
gnat concursus validitatem , quia negat in
Examinatoribus hanc qualitatem , negati-
vam probare tenetur , ex quo semper præ-
sumuntur pro actus validitate , ut in termi-
nis probant Lotter . de re Benefic . lib . 2 .

*quæst . 31 . num . 89 . & 90 . Barbos . supra Con-
cil . num . 102 . quos sequitur Ventrighil . loc .
cit . num . 45 . & etiam quia negativa formæ ,
seu qualitatis , semper sit probanda ab alle-
gante , juxta doctrinam Glos . in cap . Ac-
cuser 6 . quæst . 5 . Ciarlin . contr . 213 .
num . 32 .*

Edicti prorogationis concursus .

F O R M U L A XI.

N. Episcopus N. sive Vicarius Generalis .

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiae N. loci N. nostræ Diœcesis
per obitum N. ultimi illius Possessoris , qui ut Altissimo placuit die . . .
se ab humanis separavit , Nos de idoneo Successore dictæ Ecclesiae , & Curæ ad
formam Concil . Trid . providere cupientes , die . . . currentis mensis pro con-
cursu habendo Edictum cum termino decem dierum ad comparendum , nomi-
na , & cognomina danda , expediri mandavimus . Nunc verò , ut omnes majo-
rem notitiam habeant , dictum terminum ad alios decem dies proximos ab hodiè
incipien . & ut sequitur finien . prorogamus , itaut à die primi Edicti viginti dies
tantum numerentur ad formam Constitutionis B. Pii V. in conferendis . Ideò
harum serie & tenore omnes , & singulos sese examini subjicere cupientes pro
dicto concursu , requirimus , convocamus , & monemus , ut in termino sic
prorogato coram Nobis in hac Civitate N. compareant in Actis nostræ Curiæ , &
sese ascribant , & ad notari faciant , quia termino elapsi concurrentium examen
coram Nobis , & Examinatoribus Sy nodalibus die . . . habebitur , digniorique
Cura conferetur . Datum , &c.

N. Episcopus , sive Vicarius Generalis N.

Loco ✠ Sigilli .

N. Cancellarius Episcopalis .

Edicti concursus Parochialis vacantis in Mense Apostolico .

F O R M U L A XII.

N. Episcopus N. sive , &c.

VAcante Animarum Cura Parochialis Ecclesiae N. loci N. nostræ Diœcesis per
obitum N. illius ultimi Possessoris , qui diem suum clausit extrémum de
mense N. reservato Sedi Apostolica : Volentes , & cupientes Nos , ut de idoneo
Successore Cura , & Ecclesia prædicta ad formam Sac . Concil . Trident . & Bul-
læ B. Pii V. provideatur , præsens Edictum expediri , & ad valvas Ecclesiae Paro-
chialis vacantis , & Cathedralis affigi , & publicari mandavimus , cuius vigore
omnes ,